



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Consolatio ex lætissima ascensione D. N. Iesu Christi. Fructus lætissimæ
Ascensionis Iesu Christi D. N. lxxvj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

CONSOLATIO EX LÆTISSIMA
ASCENSIONE D. N. IESU CHRISTI.

fructus lætissimæ Ascensionis D. N. Iesu Christi.

Sicut Christus gloriosa sua Resurrectione mortem CAPVT
nobis vicit: ita & Ascensione lætissima aditum nobis LXXVI.

ibi patefecit in cælum: ut quemadmodum ipse ascendit,
ita & corpora nostra ex puluere terre resuscitata, &
animabus suis iuncta, in extremo iudicio, ad dulcissimam
illam vocem, Venite benedicti Patris mei, possidere paratum
vobis regnum à constitutione mundi &c. cuebantur in
cælum: ubi in omnem eternitatem fruamur gaudio, quod
oculus non vidit, nec auris audivit, nec ullius hominis cor
percepit. Sicut ipse Dñs ad discipulos dicit: Pater, quos
dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut
videam claritatem meam quam dedisti mihi. Hac Con-
solatione, & in morte & omnibus aliis ærumnis, nullam
firmiorem & pleniorē habere possumus. Quare Christus
etiam in postrema concione ad discipulos ab hac tanquam
omnium solidissima et efficacissima orditur, dicens: Non
turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me cre-
dite. In domo Patris mei mansiones multe sunt. Si quo
minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.
Et si abiero & praparauero vobis locum: iterum venio,
& accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos si-
tis. Ideo in Michæa dicitur: Ascendet iter pandens an-
te eos: diident, & transibunt portam, & ingredientur
per eam: & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus
in capite eorum, hoc est, Caput seu Princeps eorum. Ipse
enim D. N. Iesus Christus & Rex & Princeps est: ipse
& Via & Porta est. Et Caput recte dicitur: quia verè
& natura Deus, caput est Ecclesia, à quo omnis vita,
& salutia, & salus in omnia Ecclesia membra promanat.

Matth. 25.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Ioan. 17.

Ioan. 14.

Mich. 2.

Ioan. 14. 18.

Ephes. 1.

Coloss. 1.

S 5 SENTEN-